



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Mirac. Virg. XXIII. Quàm solidum sibi beneficium illi pariant; qui resarij  
meditationib. uehementer se exercent.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

remitto. conualuit igitur, & ex illo periculo, Virginis pietate emerfit, qui bonis, ac reb. suis omnib. productis, & uenditis, mala parta omnia restituit, & coenobium ingrediens totam aetatem in agendis Virgini gratiis, & eius filio colendo, exegit.

## MIRAC. VIRG. XXXIII.

*Quàm solidum sibi beneficium illi pariant, qui in rosarij meditationib. uehementer se exercent.*

**C**artusienſis coenobita, uir purus, & integer, accenſus incredibili illo animi ardore, quo ad Deum, eiusq. matrem ſanctiſſimè colendam terebatur, roſarium confecit; quo aciores religionis notas hominum mentib. imprimeret. Cùm. n. eiufdem ordinis monachus anno c10. cccc. xxxj, uita ſunctus eſſet, in eius libris ſcriptum repertũ eſt; Cartuſienſem quendam, qui ſe roſarij pia conſuetudine deuinxerat, mente, ac ſpiritu ſæpius in coelum fuiſſe elatum. Viderat igitur ille, ſempiterno Deo roſariũ dono dari; eiufq. in maieltatis conſpectum Virginem innumeris Virginib. comitatã prodeuntem: quae unã cum coeleſtib. omnib. ſanctiſſimi roſarij exercitatio- nẽ, quae in coelo, & in terris ſedulò ſicbat, apud ſempiternum regem grauiſſimè, ac religioſè commenda- bat. Immò una coelites omnes in terris pacẽ, ac tranquillitatem, in coelo autem ſolidam felicitatem illis exoptabant; qui tam ſanctae rei ſtudio detinebantur. Ad eiufdem Cartuſienſis aureis eo tempore Angeli- carum uocum dulciſſimus ſonus acceſſit; quo emeri-

-IM

tae

tae rosarij laudes concinne efferebantur. Praeterea  
 diuinae ille uoces aliquando morabantur, ac confi-  
 stebant in unaquaq. meditatione. In cuiuslibet me-  
 ditationis fing. inaudita concetus dulcedine uerbum  
 ALLELUIA enunciabant. Vbi uero Christi, aut  
 purae Virginis nomen commemorabatur, quisq. ibi  
 submisit se deuoluebat. Eidem etiam apertissima  
 uoce id prolatum est; ad quod, si attentiùs animum ad-  
 uerterent mortales, nae ipsorum in rem esset, & inde  
 sibi gloriam, & felicitatem nasci, uiderent. Nam ubi  
 hic aliquis una cum appositis meditationib., uti san-  
 ctorum patrum ritu institutum est, rosarium dicit; sta-  
 tim eius noxias remitti pio uiro illa uoce nunciatum  
 est. Vidit etiam infinitum floridarum ac rosearum  
 corollarum numerum, quae suauissimos odores affla-  
 bant. Illae ibi adseruabantur, ut eis dono darentur,  
 quorum animus rosarij desiderio flagrare assueuit; &  
 qui eis sedulo dant operam. Toties autem ibi coro-  
 nae numerus augetur, & nobis diuinum donu super-  
 additur, quoties a nobis rosarium hic proficiscitur.  
 Quocirca christianis omnib. summa ope adnitendu  
 est, ut in sanctissima haec exercitatione assidui sint; nec  
 a se tam pia, & sancta recedant. Quinetiam danda est  
 opera; ut per uniuersas orbis regiones huius religio  
 innorescat; ut nemo sit, qui summa accensus pietate in  
 re tanta sedulo se non exercent. Quo. n. Deo, ac coe-  
 lestib. omnib. haec res gratior est; eò aequius est, ut  
 per omneis genteis, ad perpetuam aeteri regis, &  
 eius dulcissimae parentis, memoriam diffundatur.